

O quam infirma sunt peccatorum propo-
sita! Homo ille fuit iudicatus & ir-
ridus, qui cepit edificare, & non potuit
consummare: ita demones explodunt mul-
torum praesertim confuendariorum propo-
sita, qui in confessione promittunt tur-
res & nec producant arundines! Parturient
montes, nascetur ridiculus mus! &c.

Satisfactio.

123. Mutat poenam aeternam in levem.

Siquis posset debitum mille aureorum
uno obolo expungere, nonne latenter id
facere deberet? debitum quod contraximus
per peccatum letale ingens est, obolo
id expungimus, si in hoc mundo satisfaci-
mus. B. ferm. 55. n. 30.

Quid debet Domino meo, quarebat
iniquus ille negotiator, & centum cados
olei? scribe quinquaginta: sic fit per peni-
tentiam iniunctam in confessione. B.
ferm. 55. n. 27. Et Sanch. 4. part. c. 7. l. 326.

Sceleratus Rex Achab poenitentiam
agens, cooperuit se cilicio, jejunavit,
dormivit in sacco, ambulavit demisso
capite, aliaque fecit pro delictis suis.
Quid effecit? aut quid a peccatis in-
fligenda. Si hoc in homine perverso,
& scelerato, quid non speret poenitens
vere contritus, & serio conversus?

Fides nobis deficit, quia non credimus
gravitatem peccatorum in altera vita: In-
firmus impatienter tolerabat dolores suae
agritudinis & dissolvi cupiebat. Apparuit
illi Angelus, optionemque illi dedit, an
morbum hunc biennio adhuc pro peccatis
tolerare, aut illa per triduum in purga-
torio explare mallet? Elegit infirmus
triduum purgatorio! verum cum vix horam
ibi arderet, indignatus est Angelus,
quod mendicaret se decessisse! promisit
mihl triduum, & abeat, & jam pluribus
annis in hac flamma crucior! apparuit
illi iterum Angelus, edixitque: necdum
effluxisse horam! tunc deplorans ille suam
insipientiam oblatit se Deo, & interces-
sione Angelis obtulit, quod morbum
suum compluribus annis perferre malit.
S. Antonin. p. 4. sum. tit. 14. c. 10. §. 4.
Flores exempl. tit. 50. Ex. 1.

124. Est necessaria ad impetrandam veniam.

Zachaeo promisit Christus: *Hodie salus
hinc domui.* Quia & hodie restituit: ad
salutem impetrandam necesse est ut sta-

tim restituas, occasionem fugias &c. alias
absolutio sacramentalis inefficax est, quia
se sola non sufficit &c. B. ferm. 55. n. 31.

Christus dicit: *Non omnis, qui dicit
mihi Domine Domine, intrabit in regnum
celorum.* Quare autem non intrabit?
Quia, ut ait S. Vincentius Ferrerius, Ferr. ser.
non tantum bis, sed ter debet dicere Do-
mine: *In corde per contritionem, in ore
per confessionem, & in opere per satisfac-*
tionem. Satisfaciendum est Deo &
proximo: Deo per opera poenalia, pro-
ximo per restitutionem, siquam debes.
La Selv. in Adventual. conc. 14. §. 1.

Sed ais: Nunquid Christus pro nobis
abundanter satisfecit? Omnino satisfecit,
sed non sine nostra cooperatione: Nun-
quid Christus etiam pro nobis oravit?
Et tamen quotidie orare debemus: *Di-*
mitte nobis debita nostra: ergo sicut Chri-
stus nostram orationem, ita & nostram fati-
sactionem requirit. Hinc ait Aposto-
lus: *Adimpleo ea, quae desunt passionum.* Coloss. 4.
Christi in carne mea. Christus Dominus
loco nostri auterem proferus poenitentiam
egit, & tamen dicit: *Nisi poenitentiam
egeritis, omnes simul peribitis.*

Si subditus rebellis Regi suo coronam
auferat, an non teneatur ad satisfactionem
ideo quia Rex est dicitur, qui plures
coronas sibi comparare potest? Minime
vero! Parem in modum, etiam si Deus
ex se non indigeat operibus hominis,
peccator tamen teneatur illi satisfacere,
cui per peccatum, ut ita dicam, rebellis
coronam auferre voluit. &c.

125. Debet esse proportionata delicto.

Christus ter rogavit Petrum, amas
me? cur ter? Resp. Ut trius negotio
trina confessio responderet. M. conc. 8.
art. 3. n. 8.

Poenitentia improporionata, & nimis
levis, quas saepe confessarii injungunt,
faciunt, ut peccatum pro levi malo re-
peteretur. Si peccata iis poenis plecteren-
tur, quae in primitiva Ecclesia erant in
usum, non is, qui nunc est, flagitiorum
torrens Christianas provincias inundaret.
P. p. 3. dif. 19. n. 13.

Quaes, quantum satisfactio maxime
sit proportionata delicto? Respondeo,
quae ex vera Dei caritate procedit, hac
enim motum est sinceram & perfectam
contritionis. Peccator maximus, luxurie
selesteribus fordibus, effusus lacrymis pec-
cata sua confitebatur suo Episcopo, in-
terrogans, quo supplicio Deum offensum pla-

placare, eique satisfacere posset? Respon-
dit Episcopus: Postquam deleri tua pecca-
ta, si paratus sis quam tibi dictabo, sati-
satisfactionem praestare. Paratus sum, &
ab ab poenitens! Age ergo, septennem poe-
nitentiam age! Agam, ait peccator, non
tantum septennio, sed per omnem vitam
usque ad ultimum halitum. Admiratus
Confessor subintravit mitius: Volo, ut
per tres dies in pane & aqua jeunes!
Poenitens in lacrymarum effusus rogabat du-
ritiam haberi! Episcopus ex dispositione
poenitens solatio plenus, sufficite, &
ab ab, ut tria Pater & Ave recites, certus
que esto, remissa tibi esse peccata. Ita
Thomas Cantipratanus.

Similiter & caritas erga proximum ef-
ficax est ad delenda peccata, juxta illud:
Elemosyna extinguit peccatum, & cari-
tas operit multitudinem peccatorum. &c.

126. Olim exigebatur rigorosa, nunc est
valde tepida.

Auditum terribile est, quam rigorosa
poenitentia a Pontifice Innocentio puniti
fuerint interfectores Conradi Episcopi
Herbipolensis: Inprimis comparere debe-
bant coram Pontifice & populo facies
induri, & funem e collo gerentes, dein
jussi sunt itinerari nudis pedibus in ter-
ram sanctam, & ibi triennio contra Sa-
racenos militare, interditi sunt omnibus
comediis, lusuibus, armis, veste colorata,
& secundo Matrimonio. Praeterea debe-
bant omni carne abstinere, diebus et for-
tibus solo pane & aqua jejunare, ter an-
nuarium quadragesimale jejunium observa-
re, quotidie centies orationem Domini-
canam, genuflexiones autem quinquagesimas
repetere, in itinere et terra sancta in pa-
triam singulas urbes nudis pedibus, fun-
nem e collo pendentem, & virgam in
manibus portantes transire, quarentibus
quibusque suum latrocinium faceri, dein
Romam redire: & cetera Pontificis iusta
praestolari. &c. D. 7. 99.

S. Dunstanus Regi Edgardo, qui cum
Virgine peccaverat, septenne jejunium,
& satisfactionem cenobii injungit. S. Am-
brosius Imperatorem Theodosium ob ce-
dum Theosalonica factam a fidelium com-
munionem excludit, aliaque poenas injun-
git. Sanchez 4. part. c. 7. fol. 358.

Quam male igitur agunt, qui poeni-
tentiam injunctam vel perfunctorie per-
gunt, vel contra confessarium sua spe-
rigidorem murmurant. Cogitent, quam
graves poenitentiae in primitiva Ecclesia

pro uno peccato mortali, quinque, fe-
prent, aut plurium amorum fuerint in-
juncta, intra quod tempus, teste Bellar-
mino, poenitentes jejunii, cilicis, &
orationibus mirifice se assidue debebant.
O quantum distans ab illis!

Merito igitur modernis poenitentibus
dici potest, quod olim servi hero fu-
erant: *Si rem gravem tibi dixisset Pro-
pheta, facere debuisset, quanto magis, qui
nunc dicitur: Lavare, & mundaberis: &c.*

EXTREMA UNCTIO.

127. A quo & quando instituta?

Christo Domino est instituta, & a
S. Jacobo Apost. promulgata.
Aitque existimant Christum hoc Sa-
cramentum instituisse Marci Sexto, ubi
Salvator duodecim ad se vocatos, binos
& binos cum certa potestate misit, ubi
subintravit: *Executes praedicabunt poeni-
tentiam, & a demonia multa ejicient, &
ungebant oleo multos egrotos, & sana-
bant.*

Probabilius tamen dicitur, Christum
instituisse hoc Sacramentum post resurre-
ctionem, intra illos quadraginta dies,
quo tempore conversatus cum Apostolis,
loquebatur de regno aeterno, & de Ec-
clesia, quae regnum Dei vocatur, ordi-
nando ea, quae postea observaturient
Apostoli, praesertim circa Sacramenta,
& Ecclesiae Ordinem Hierarchicum; quia
plene tunc Ecclesiam fundabat, antequam
ex hoc mundo discederet, inter alia com-
missionem dedit Jacobo Apostolo
mulgandi hoc Sacramentum, his ver-
bis: *Infirmatur quis in vobis? &c. quae
sequuntur.*

Christus Dominus ipse propriis mani-
bus Sanctae Lydvinae triginta octo annis
agrotanti, & ad extrema deduxit Sacra-
mentum Unctionis ministravit, ac tam-
dem cereum morientem in manus tradi-
dit, donec spiritum exhalavit.

128. Cur & quem in finem instituta?

Christianus, qui a Christo dicitur Un-
ctus & luctator contra diabolum ter in
vita inaugurat: *In Baptismo* per chrysmam
in vertice, & per oleum sacrum in sca-
pulis & pectore, ut sic initietur ad lu-
ctam contra hostes suae animae & salutis.
In Confirmatione in fronte, ut ampliori
fortitudine roboratus non vereatur publi-
ce confiteri fidem, eamque contra hos-
tes.

Bellar-
min.
Tom. 2.
& contr.
l. 1. c. 21.
& 22.

4. Res. 9.

Joan. 20.
Mat. 11.

Mat. 5.

Scribit
14. Apr.

stes propugnare. In *Extrema Unctione*, ut ad ultimam, & gravissimam luctam præparetur impendente, jam corona: Triplicis hujus unctionis figura videtur præcessisse in persona David, qui etiam ter unctus fuit. 1. a Samuele, ut initietur ad regnum. 2. in Hebron, ut regnaret supra domum Juda. 3. Et ultimo, ut imperium caperet supra totum regnum Israel. Sicut ergo Deus de Davide dixit: *Inveni David servum meum; oleo sancto unxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, nihil proficiet inimicus in eo*, sic idem hoc dici potest de singulis Christianis; hi enim sunt servi specialiter ad Dei servitium destinati. *Marchant. Candel. Myst. tr. 6. lect. 1. prop. 1.*

S. Hier. in c. 6. Mare
Sanctus Hieronymus ait: *Quando unguunt oleo ægros, infirmitatem hæc virtute corroborant. Timendum enim merito, ne infernalis tentator in lucta extrema, fident tanquam virtutum omnium fundamentum vel maxime oppugnet.*

Neque tantum ad remissionem peccatorum & animæ salutem instituta est Extrema unctio, verum & ad restaurationem valetudinis corporalis; O quam multi convalescent, nisi ex metu quodam imprudenter hoc Sacramentum ad extremos halitus distulissent, similes infantibus, qui sæpe amicum non satis cognitum reformidant.

129. Magnæ utilitatis & efficacis.

Dei famula S. Maria de Ognies videtur apud ægros, qui sacra unctioe ungebatur, ad stare Christum & Sanctos, qui demones accedere volentes in fugam agebant. Sanchez 7. part. c. 4. fol. 975.

Ista 12. v. 27.
Oleum significat auxilium Dei, sic Propheta promittit Ezechie: *Computrescet jugum (Sennacherib) a facie olei*, id est Ezechias & Judæi per opem Dei sicut robus & alacres, qui antea in obsidione erant imbelles, & imbecilles. C. in Ista. 10. v. 2. Hunc effectum etiam operatur sacrum oleum in Extrema unctioe.

Per oleum significatur gratia & consolatio Divina, unde S. Leo: *Nihil arduum humilibus... facile omnia præcepta veniunt in effectum, quando gratia præcedit auxilium, & obedientia molit imperium. Idem ipsum efficit sacrum oleum Extremæ unctionis. Ibidem.*

Oleum significat caritatem & misericordiam Christi, quam ipse in sacrificio Crucis & Eucharistia nobis exhibuit: ita S. Bernardus in illud Canticorum: *Oleum*

effusum nomen tuum. C. Levit. c. 2. v. 1. Sic etiam oleum sacramentale Christi caritatem, & misericordiam nobis communicat.

Jacob fudit oleum super altare, ut illud Deo consecraret. Ita Extrema unctio animam Deo consecrat. C. Gen. 28. v. 12.

Olei & Sanctissimi Nominis JESU multiplex est analogia. C. Cant. 1. v. 2. Sic sacrum oleum in Sacramento Extremæ unctionis excitat in nobis memoriam Sanctissimi Nominis, in quo nos oportet salvos fieri.

130. Non differenda aut negligenda.

Miles ægrotus hortatus meticolose uxoris differt extremam unctioem ad extremam vitæ horam. Dein recolligens se revelavit, se hanc negligentiam in purgatorio per septennium luere debere, qui tamen, si maturius cum plena intelligentia hoc Sacramentum sumpsisset, post triginta dies e penis fuisset liberandus. I. n. 156.

Simile quid narrat Nicolaus Dionysius, de Viro quodam in extremis laborante, qui interrogatus, an sacro oleo vellet inungi, resistit, quia metuebat, ne statim moreretur. Sic mortuus, cum ad sepulcrum linteis pararetur, revixit, dicens: qui unctioem Sacramentum abhorru, centum annis in purgatorio torquebor. Si unctus fuisset de hac agritudine convalescens. His dictis animam denno exhalavit. *Nucleus Catech. b. 1.*

Medicinæ corporis non ad extremos halitus differuntur: Ergo neque differri debet Extrema unctio, quia Sacramentum efficacius operatur ad salutem, si intellectus, & voluntas plena cum ratione cooperentur.

S. Malachias Episcopus differebat Extremam unctioem conferre ægrota mulieri, idque ad instantiam mariti. Interim moritur ægrota; tanta cum afflictione Episcopi, ut in oratione, & lacrymis pernoctans, a Deo potestatem receperit, illam suscitandi a mortuis. Inunxit resuscitatum; & iterum in æternitatem dimisit. *Daveroult b. 1. Item Marchant. h. t. lect. 1. prop. 1.*

131. Salutaris operatur effectus.

Primus effectus Sacramenti extremæ unctionis est, quod confortet animam ægrotantis contra difficultates, & pericula mortis, quæ certe magna sunt, quia dia-

diabolus omnes vires suas, tentationesque contra agonizantem in aciem evocat, sciens, quia modicum tempus habet.

Alter effectus est remissio peccatorum, dicente S. Jacobo: *Et si in peccatis sit, remittentur ei.* Peccata autem, quæ hic remittuntur, sunt venialia, aut reliquia peccatorum, quæ in confessione non factis, aut ex oblivione omnino non fuerunt expressa.

Tertius effectus est, recuperatio sanitatis etiam corporalis, si id expediat animæ salutem. Lugduni ægrotus quædam febrium est ad insaniam redactus terribiles, & desperandas voces eruclabat. Sacerdos, qui ejus confessionem audivit, sacram unctioem illi ministravit, & ecce! manifestissimus factus non solum ad mentem, sed & ad valetudinem rediit. *Ex Litt. ann. S. J. Ann. 1599. Colleg. Lugdun.*

Rupertus Romanorum Rex letaliter decubens, ægre, & vix tandem persuaderi potuit, ut sacram unctioem reciperet. Persuasus, cum ex formula Sacramenti audivit, sacram unctioem non minus ad valetudinem corporis, quam animæ insinuat esse, indoluit suo errori, & mox post sacram unctioem reconvalens, compluribus annis Romano Imperio præfuit. *Joan. Nieder l. 5. c. 11.*

Nunquid ardentissimum est omnium Christianorum desiderium, posse in ultimo halitu mortis Deum perfectissime amare, & sic emori in amore Dei? atqui hæc tanta felicitas obtineri potest per extremam unctioem; constans enim omnium Theologorum assertio est, quod ex attrito faciat contritum, contritio autem prout opponitur attritioni, procedit ex perfecto amore Dei; igitur quantum homo Christianus amat suam salutem, tantum desiderare debet Sacramentum unctioem, illudque magis æstimare, quam omnes mundi thesauros, &c.

ORDO SACER,

seu Sacramentum Ordinis.

132. A Christo institutus, & cur?

Con. Trid. Sess. 23. Caus. 2.
S. Tim. 1.
Concilium Tridentinum expresse contra hæreticos decernit ex doctrina Ecclesiæ, & Scripturarum auctoritate, ordinationem sacram esse vere Sacramentum; quia ibi per visibile signum gratia & potestas spiritualis confertur ordinato. Hinc Apostolus monet Timotheum: *Admonuo te, ut resuscites gratiam Dei,*

que est in te per impositionem manuum inearum. Ergo Christus Dominus auctor gratiæ & Sacramentorum instituit Sacrum Ordinem, certe Apostolos in ultima cœna in Sacerdotibus ordinavit.

Ratio hujus institutionis est, sicut in naturalibus ordo quidam habetur, quo inferiora per superiora gubernantur, ut unumquodque finem suum assequatur; ita & in supernaturalibus conveniens est, ut ordo aliqui gratiarum, graduum, & officiorum in Ecclesiâ ferretur.

Sicut sapientia Dei & gloria in pulchritudine totius universi, & subordinatione creaturarum unius ad alteram elucet: Sicut inter Angelos dantur novem chorii, ubi perfectior illuminat, & dirigat inferiorem: Sicut in regno politico dantur Reges, Duces, Principes, Ministri, Officiales & Subditi: Sicut in exercitu dantur Dux præcedens, Marechalli, centuriones, tribuni, & gregarii milites: ita & Ecclesiæ ordo existit, ut superiorum & inferiorum coherens subordinatione speciosa distinctione distingatur. Regina Saba in aula Salomonis delata in nulla re illius sapientiam magis dilaudavit, quam in ordine ministrantium, &c. *Marchant. h. t. lect. 1. prop. 1.*

133. Conciliat magnam reverentiam.

Sacer Ordo extollit ordinatos, præsertim Sacerdotes supra laicam, etiam Regum dignitatem; quia sunt Dei in terris Vicarii, mundi reformatores, morum directores, & Divinæ gloriæ milites; hinc ipsi Principes magna semper reverentia venerati sunt Sacerdotes. Alexander Magnus obsidet Tyrum, comeatum pro suo exercitu petit a Summo Sacerdote Hierosolymis, cumque is, adductus partibus Darii Regis, annonam perenti negaret, tratus Alexander Hierosolymam festinavit, omnia ferro, & flamma devastaturus. Sacerdos sacris vestibus ornatus obviam processit Alexandro, & ecce! ille venerabili aspectu mitigatus Sacerdotem summo in honore habuit, illique sacra munera pro templo obtulit.

S. Antonius Abbas, quoties in templum venit, genuflexus a Sacerdote Benedictionem rogare solitus est.

S. Franciscus dicere solebat: si simul Angelus de cœlis, & Sacerdotem obvios haberet, se prius manum Sacerdotis, quam Angeli osculo veneraturum.

S. Martinus a tyranno Maximo mente conviya adhibitus poculum prius Sa-

cellano, quam Principi propinavit, quia illum hoc digniorem estimavit.

In Conc. Nicæno Sacerdotes inter se diffidebant, & unus alterum de vitis, & erroribus apud Constantinum Imperatorem scripto denigrabat. Verum Imperator scripturas omnes in ignem conjecit iniquis: Non oportet illos a me iudicari, qui Dei personam, & vices in terris gerunt. Ita Eusebius.

134. Non invenitur apud hereticos.

Heretici dicunt se invisibiles ordinatos, & missos esse a Christo. Verum inaniter; nam hoc prætextu indiscriminatum uti possent omnes hæresiarum a Christo nato usque in hodiernam diem, cum tamen unus alterum refutet, damnet & abominetur. Apostolus Paulus docet, in Ecclesia Deum visibilibus ordinasse diversos ministrorum gradus. *Apostolos, Doctores, Pastores ad consummationem Sanctorum, in opus ministerii in edificationem Corporis Christi.*

In Ecclesia videmus perpetuum nulla ætate interruptam successionem Episcoporum, quos Deus ad regni sui gubernationem, & ad doctrinæ suæ traditionem constituit. Hæc sacra potestas quasi concatenata est, a primis Christi discipulis usque ad ultimum Sacerdotem: hic ordinatus potest nominare suum ordinantem, iste secundum, secundus tertium, tertius quartum, & sic ascendendo usque ad Apostolos & ipsum Christum. An hæc successione prerogativa etiam invenitur apud hereticos? Minime vero illi fertive, non per ostium, sed aliunde intrant, permittit se facris ministeriis se ingerunt, nec possunt probare suam missionem.

Mirabile! ut Rex Pharaon, & Israelite fidem haberent Moysi, Deus dedit ei signum, id est, potestatem verendi virgam in colubrum, & colubrum in virgam. Joannes Baptista, ut missionis suæ testimonium perhiberet, in vita, cibo, veste, aliisque prodigiosis fuit. Apostoli etiam a Deo missi, ubique prædicaverunt.

Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Et Lutherani Præcones, alique hujus furfuris Novatores sine ullo Dei testimonio volunt sibi credi, se esse Divinitus missos Ecclesie reformatores, nullumque allegant signum sui missionis, quod non æquali præstare afferre & allegare possunt antiqui hæresiarum, dudum reprobat, & expositi. Hinc interrogati hæc super re, dam

spiritum immundum, a quo vocati sunt, fatent non volunt, ad inepias converterunt. Lutherus interrogatus, cur a rapta virginum, & deffloratione Monialium, atque a conjugio Sacerdotum Evangelium suspicatus sit, respondit fœderiliter: quia Evangelium incipit: *Libere generationis filii David, filii Abraham: Abraham genuit Isaac &c. Impudens osti Marchant. h. 1.*

Apostoli quondam venerunt ad Christum plaudentes: Domine, etiam damna subjunguntur nobis; sicut enim Dei Filius, ita & ejus Discipuli ex energumenis expellebant malignos spiritus. Hæc potestas ab Apostolis transitit ad ejus successores, id est, Sacerdotes, prout sapius & sine numero legitur in Vitis Sanctorum. Ostendunt autem Præcones Lutherani, aut Calviniani, ostendant & millibus suorum vel unicum, qui vel unicum demunculum ex energumeno ejecit! Ridiculum lectu est, in quas angustias Lutherum conjecerit energumens, quem ab oratio hospite liberare voluit, prout enarrat Fredericus Staphilus apud March. h. t. lect. 4.

135. Non inordinate appetendus.

Præter quidam e Cisterciensi familia Ordinem Diaconatus ex motivis inanibus appetens, post mortem in purgatorio graviter punitur, & apprensus fratum suffragia imploravit. *E. Defuncti. 2.*

S. Benedictus Clericum a dæmone liberavit, eique prohibuit, ne ad sacrum Ordinem ascenderet, alias expulsum dæmonem rediturum. Post multum temporis Clericus ex ambitione se ordinari permisit, & statim occupatus a dæmone, nec amplius liberatus est. *E. Ordo 1.*

S. Ammonius in eremo solo pane & aqua victitans, cum S. Athanasio Romanam comitaretur, ibi ab Episcopo ad sacerdotium electus, tam peracriter electioni se opposuit, ut auriculum sibi præcideret, mintatus etiam, se nisi acquiesceret, etiam linguam sibi amputaturum, uti enarrat Nicephorus.

Canonicus Parisiensis viribus omnibus restitit, ne ad Episcopatum promoveretur. Post mortem apparuit amico, saluum se esse inquit, cum addito: Si fasilem de numero Episcoporum, nunc essem de numero damnatorum. *Canticipatus.*

S. Goar a Rege Sigberto ad insulam Trevisensem vocatus, rogavit Deum, & impetravit, ut septenni sèbre occuparetur.

Luc. 10.

Ep. 4.

Exod. 4.

Joan. 1.

Mat. 16.

tur. Metuebat enim, ne tanti muneris obligationi non satisfaceret.

Multi Sanctissimi ac Doctissimi Viti, inter quos S. Ambrosius, S. Anselmus & alii ad munus Episcopale, aut Sacerdotale compelli non poterant, nisi sub gravi obedientia præcepto.

Pœccata Sacerdotum graviora sunt peccatis laicorum. S. Leo anxius de sui muneris administratione quadraginta diebus ac noctibus apud Sepulcrum S. Apostolorum Petri & Pauli veniam delictorum exorabat, ultima die vero vocem audiit, peccata omnia meritis & intercessione S. Apostolorum sibi remissa esse, exceptis iis, quæ in statu Sacerdotali commisit, super quibus gravissima ipsi ratio danda superesset. *In præto Spiritualium.*

136. Imponit magnam obligationem.

Olum victimis manus imponebantur, cum Deo offerrentur: Ita in sacra Ordinatione ordinato manus imponit Episcopus, ut sciat, se Deo sacrum esse, ita, ut se totum Deo servitio impendere, & non iam sibi, sed Deo vivere debeat. Ex qua obligatione etiam altera fluit, quod ad salutem aliorum vires omnes debeat adhibere. Ideo etiam ungitur Sacerdos, ut *innocens manibus, & mundo corde possit ascendere in montem Domini, & stare in loco sancto ejus.*

Psalm. 79.

Sacerdotes, alique ordinandi in primis consulantur, seu in capite raduntur, quo significatur, quod ab omni superfluitate, & vanitate alieni esse debeant. Ita ut de iis, præsertim de Sacerdotibus enuntiat illud queat: *Hæc est generatio querentium Dominum, querentium faciem Dei Jacob.* March. h. t. lect. 2. & 3.

Psalm. 22.

Sacerdotes sine lucernæ ardentes, & lucentes, in moribus castæ & sanctæ vitæ integritatem fervent, ne quod verbo ædificant, præve conversationis exemplo destruant. Paucis terreni Angeli sunt oportuit! Hinc homines sancti aut sacerdotum fugiebant, aut nonnisi cum timore & tremore suscipiebant. S. Franciscus Seraphicus, ut sanctissimus persuaderi non potuit, ut sacerdotio se initiari pateretur. Dumque ea de re deliberat, apparuit ei Angelus cum phiala crystallina lucidissima, dicens: Vide Franciscus, qui vult fieri Sacerdos, ita prave debet esse in anima, sicut hoc vitrum splendens sine omni macula. *Chronica S. Franc. l. 1. p. 1. c. 41.*

Diaconus assisistens S. Chryostomo

sacrificanti, quia curiosos oculos in se ipsum alterum conjecit, visionem impedire, quæ alias S. Antistes sub sacrificio frui solebat. Oportet ergo Ministrum Altaris purissimum, & ab omni etiam interno peccato mundum esse. *March. h. t. Lect. 5.*

Conradus Abbas Villariensis, dein Cardinalis & Legatus Apostolicus in Germania, Vir erat magne sanctitatis, id quod Deus eo miraculo comprobavit, quod ejus digiti, quibus utebatur ad consecrandum Corpus Christi, de nocte ita erant lucidi, ut his loco candela in tenebris uti posset ad studia, & alia præcoganda, prout enarrat Jacobus de Vitriaco. Ecce! sacerdos lucere debet, & præluere, intus gratia Dei, & foris bono exemplo. *&c. Marchant. h. t. lect. 1. prop. 2.*

137. Dat magnam auctoritatem.

Sacerdotum tanta est excellentia dignitatis, ut illi subicere, tanquam Dei Vicarii, & fidelium iudicibus se debeant. Principes terræ; ideo asserit S. Ignatius Martyr: *Sacerdotium est summa omnium bonorum, que in hominibus consistunt.* Et S. Ambrosius: *Quantum plumbo aurum præstat, tanto regibus dignitate præcellunt præbiteri.*

Olum in Ecclesia Cathedrali (quæ Dominicum vocabatur, hinc Verbulum Domini) magna erat majesticas in Divinis officiis, Episcopus Verbum Dei proponebat, Clerici suis distributis officiis vacabant, Catechumeni, Emergentes, penitentes, & ceteri de plebe in suas classes arant divisi, tanto ordine ac gravitate, ut increduli forsitan templum ingressi in faciem procliderent, faterenturque, Deum esse in medio eorum. Valens Imperator in Festo Epiphaniæ cum ingenti pompa in Ecclesiam venit, videntique ordinem, sacræ officia, quæ plane Deum spirabant, admiratione & timore humi concidit, nisi ab uno ex primoribus fuisset manibus exceptus, prout enarrat Nicephorus.

Sicut in Ecclesia triumphante Angeli sine ordine ac potestate differentes: sic in Ecclesia militante, quæ domus Dei est, & quasi castrorum acies ordinata, sunt Ministri peculiare, ad Dei cultum: & animatum salutem sibi subordinati. Primus omnium Romanus Pontifex, dein Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Parochi, ceterique Sacerdotes, ut una concors foret ex diversitate conn-

S. Ign. Ep. 10. ad Smyren.

Niceph. l. 1. c. 11.

ventura, solum ad voluptatem. Hi quia a Deo ad hunc statum vocati non sunt, in matrimonio deinde vivunt, sicut malefici ad transtra, jurant, imprecantur, execrantur. &c. B. ferm. 27. n. 35.

Duo auri Cherubim, quos Deus ad tabernaculum collocari iussit, seipso respiciebant: illi vero, quos Salomon fecit, facies ab invicem avertent. Ita illi conjuges, qui a Deo in hoc statu collocati sunt, seipso pacifice respiciant, qui vero pure ab homine, in diffidiis vivunt. &c. B. ferm. 27. n. 36.

Rebecca ut ad conspectum Isaac pervenit, pallio se operuit, *servus autem cum Gen. 24. Isaac, que gesserat, narravit Isaac, cur Rebecca se operuit? Resp. Oliva, ut dum servus commemorat, que accidit, prius Isaac in se diligit decorem mentis, quam vultus.* Ita Sponsi non ad venustatem corporis, sed animi attendere debent. B. ferm. 37. n. 37.

Abraham præcepit servo suo Eliezer: *Non accipies uxorem filio meo de filiabus Chananæorum; quia videlicet Chananææ desiderata erant, attende, ait Chryostomus, quomodo veteres non querebant substantiam nullam... sed animæ pulchritudinem, & nobilitatem.* &c. B. ferm. 39. n. 48.

Si matrimonia malo fine inveniuntur, ordinarie sunt diffidiosa, & infelicia: Jephthe pro victoria se obstrinxit voto, quod vellet immolare Deo, quisquis primus de domo sibi obviaverit: cur tam imprudens votum fecit? Respondet Hugo a S. Victore: quia speravit, quod uxor prima sibi sit obviatura, hanc libentius quam filiam immolasset. *Quam potuit cogitare prius occurrentem? Conjugem cogitavit.* Sic hodie dum sit inter conjuges, optant sibi mutuo mortem.

142. Intri non debet ab hominibus vitiosis.

In Veteri lege præceptum erat: *Scortum, & vile prostitutum non ducent uxorem.* Item Josephus Judaicus inter alias leges Moysis ponit istam: *Meretrici non sit ius nuptiarum.* O si hodie dum duraret lex ista, si impudicitia esset impedimentum Matrimonii, quæso ubi, quando, & quoties posset conjugium contrahi? D. 1. 59.

In multis regionibus conjugia interdicta sunt hominibus, qui ob inopiam proles educare non possunt. Murmurant contra has constitutiones aliqui, dicuntque, pauperes non habere nisi sex Sacramenta, & has querimonias ordinarie exaggerant homines vitiosi, otiosi, vagabundi, mendicæ, & alii: verum inæptè laudabiles

sunt id genus constitutiones: Quæso si rudis studiosus, qui ob defectum doctrinæ non admittitur ad sacros ordines, diceret se habere tantum sex Sacramenta, nonne imprudenter conquireretur: quatenus capacitate non habet. Parem modum etiam ad Matrimonium requiruntur sex qualitates, inter quas maxime est, ut laudabilis educatio prolium sperari possit. Dracones & basilisci, cum viderent, quod aves & oves conjugio copulenter, apud Jovem sollicitantur, ut & sibi congressi & suam familiam augmentare liceret: Negavit id Jupiter, quia augmentatio tam venenosa sobolis potius cederet in damnum, quam in utilitatem humani generis. Parem in modum a conjugio excludendi sunt, de quibus fertur, quod non nisi sobolem damnosam sint progenerituri. &c.

Accedit, quod a nemine minus corrigantur domesticorum vitia, quam ab iis conjugibus, qui & ipsi fuerit vitiosi: rident, cum famulos & famulas, filios & filias impudenter conversari vident. Mater lascivam filiam a suspecta familiaritate adeo non retrahit, ut potius sibi complacere in illius impudentia; quia in illa suammet indolem intueatur: imo ipsammet filiam laudat, instruitque, quomodo se jovialem, & blandam exhibere debeat; hunc in finem illam contemptam, & ornatam ad consortia, ad choreas, ad encania quaquaversum usque in feram noctem emittit. Sic crescit, & propagatur scelus lasciviz: &c.

Explorentur carceres & patibula, interrogentur carnifices, quænam hominum fors maxime in eorum manus incidant? respondebant, esse plerumque pauperum, vagabundorum, & otiosorum hominum filios & filias, qui cum ordinarie in infrenata libertate educantur, in principis fidei non instruantur, in concione, & catechesi non comparent, non nisi scurrillia & vitiosa audiunt, & vident, tandem in capitalia flagitia delabuntur. &c.

143. A Divi ordinatione expellendum.

Juvenis relictam a patre hereditatem in pauperes distribuit: in ea urbe erant ditissimi conjuges, qui unice filiz querebant maritum non divitem, sed virtuosum, dumque hunc juvenem in templo devote orare vident, hunc in sponsum filiz eligunt. Sic a Deo expectanda est ordinatio, non procacitate querenda. Sanchez 4. part. c. 5. fol. 187.

Nec

Notent sibi hoc illi mediatores, qui inter juvenes facile matrimonia fundant. Tobiam Angelus iussit ducere Saram filiam Raguelis: fere Angelus sit necesse est, qui conjugium constat, Angelus providentia, Angelus probitate, Angelus æquitate; alias si male cedat negotium, mala omnia ex infelici matrimonio orta, in ejus judicium redundant.

Theodora & pluribus puellis a Theophilo Imperatore in sponsum eligitur. Eius virtus & pietas ex eo elucet, quod in regno orientali Iconoclastarum impietatem sustulerit, & finitimum etiam Regem Bogor ad fidem converterit. R. cent. 2. par. mir. 1.

Erenfridus Comes Palatinus Imperatorem Ottonem ludo intruculorum vincit, & lucri gratia ab eo sororem ejus Mathildem matrimonio petit. Hoc matrimonium consilio Divino constat fuisse probavit eventus; quippe erat conjugium sanctum, & sanctorum prolium fecundandum. R. 1. cent. 2. par. mir. 8.

Palermi Regius thesaurarius de defraudatione erratit accusatus innocenter ad funem condemnatur: voto se obstringit, si periculum evaderet, se velle pauperum filiz nubere. Intercessione potentis amici liberatus a paupere filia in templum B. V. ducitur pro tanta gratia grates ædurus. Huic filiz deinde nupsit, & erat ea ipsa, cui Beatissima Virgo obmerita parentis promiserat, quod vellet illi de opulento conjugio providere. R. cent. 2. par. 2. mir. 32.

144. Infelix propter zelotypias.

Langueta Scotia Regina cuidam capitaneo anulum donat olim a Rege receptum. Rex re comperta anulum a capitanei dormientis digito detrahit, & in flumen imprudenter decidere sinit. Tum Reginum auster tractans repetit anulum, quem illa, cum a capitaneo amplius habere non posset, a S. Abbate Rentingero per piscem recipit. R. 1. par. mirac. 16.

S. Julianus, quia in chalamo suo geminos suos parentes, quos non agnovit, reperit, statim zelotypie furis correptus, utrumque occidit. R. 1. cent. par. 2. mirac. 12. Ita multi re non satis explorata statim in furias exardescunt.

Paulus Comes Carinthiz a venationibus redux a Lupa ancilla, quæ Dominæ filiz erat insensa, intelligit comitissam a facienis amoribus esse implicatam. Hac calamnia irritatus instat rabiosi hominis in

arceum propebat, conjugem statim re non ulterius explorata per fenestram præcipit: illa tamen mirabiliter conservatur: Lupa autem, prout pejeraverat, in saxum transfuratur. R. 1. cent. 2. par. mir. 21.

Henricus Comes Turgavienis innocenter conjugem litam e fastigio arcis zelotypia præcipit, a Deo mirabiliter servatur. R. cent. 2. par. 7.

Sulpicius uxorem repudiavit, quia aperto capite domum exivit. Antisthenes a dolentibus consulentibus, qualem uxorem ducere deberet, reposuit: si formosam duxeres, habebis communem, si deformem, habebis penam. Plato rogatus quando ducenda esset uxor, reposuit: Juveni nondum, & seni nunquam. Protogoras quæsit, cur illam dedisset uxorem suo inimico? respondit: quia nihil ei dare poterat decterus. C. Num. 5. v. 14.

145. Interdum valde fecundum.

Mira fuit propagatio nepotum Noemi; ille enim 350. annis post diluvium ex Japhet nepotes vidit 140202. Ex Cham 244900. nepotum omnium numerus excrevit ad nongenta millia, & amplius. Certe Rex Ninus, quem adhuc vidit Noemus, in exercitus numeravit decies septies centena millia pedum, equitum ducenta millia. Zoroastres vero Rex Bastrianorum ei opposuit exercitum quadringentorum milium. Nec id mirum, tunc enim homines habebat plures uxores, & totæ generationi vacabant. C. Gen. f. 131. col. 2.

Irmentridis Comitissa de Altoiff, quia pauperem feminam uno partu tres soboles enixam convitabatur, Dei supplicio duodecim proles peperit; cumque undecim earum flumine submergi jussisset, vetula crudelis imperii executrix a comite marito intercepta est, ac omnes infantuli educati sunt, &c. Avicenna narrat de muliere, quod vigintri duos proles, alia septuaginta uno partu pepererit. Notum est illud, Margaritam Hollandicam trecentos sexaginta filios habuisse. D. 2. 9.

Babo Comes Absensgergensis Henrico Imperatori in comitis Ratisbonæ agenti triginta duos filios addidit, eique ad pacis & belli obsequia obtulit. D. 2. 9. & D. 9. 7.

Filii Israel in Ægyptum numero septuaginta personæ ingressi, per ducentos decem annos tanta fecunditate generantur, ut ad quatuor milliones egressi sint. Ajunt auctores nil esse novi, quod mulieres Ægyptiz uno partu septem infantem generent. Quidam Anglus nau-

fra-

fragio in Insulam inhabitatam una cum quatuor mulieribus eieclus, usque ad octogesimo ætatis annum ibi vixit, & mille, septingentos, octoginta novem nepotes reliquit. D. 6. 97.

Vide Adamam Weberum in arte discurrendi Fonte 42. exemplo primo, ubi fufe hanc materiam tractat.

146. *Infelix fit propter conditionem parentum.*

Dicitur quod Jephthe filiam suam non immolarit, sed in loco solitario concluderit, ubi illa per omnem vitam deservit suam miseriam. O quor filia per omnem vitam flent, quia ad hoc matrimonium a parentibus sunt coactæ, &c. D. 5. 86.

Quidquid contra inclinationem naturæ fit, infelicitèr fit; hinc in omnibus artibus adveniunt explorantur ingenia. Quanto magis id necessarium in matrimonio. D. 8. 46.

Parentes fape propter officium, aut pinguem dorem cogunt filios, aut filias ad conjugium, ex quo dein multa mala sequuntur. Prævident quidem quod ex filio aut filia coacta habituri sint mille tædia, & afflictiones, verum hæc ex parte agunt, sicut Agrippina mater Neronis: dictum est illi ab astronomis, quod quidem ejus filius regnaturus, sed & propriam matrem occisurus esset. Repofuit illa: *Occidat, modo regnet.* Sic multi parentes, &c. D. 8. 93.

Mater filiam militi Gotho nuptui dat, qui super sepulcrum Ss. Martyrum Guria & Anidi juramento se obstringere debuit, quod filiam bene habere velit. Verum impius, qui jam antea erat uxoratus, abduclam secum filiam mancipium facit, misera mille malis obruebatur, tandem ope Ss. Martyrum mirabiliter in patriam fuit translata. R. 1. cent. part. 2. mirac. 3.

Unde impudicitia, & adultèria inter conjugatos, & fæpe mortis machinationes, nisi ex tædio invifæ cohabitationis, in quam ex vi & coactione confentire debebant; sic miseri non tantum sibi mutuo mortem, sed & parentibus mille mala, ipsumque denique infernum imprecantur. Sicut coacti Monachi fæpe ad apostafiam proclamant; ita coacti conjuges ad similia mala audaciam suam extendunt, &c.

147. *Exigit præviam feriam de liberationem.*

Abraham noluit filium suum eligere Chananzam; quia Chananzæ erant impij. Difcant hoc exemplo Christiani ad virtutem attendere, non ad divitias, aut pulchritudinem. Pulchra fratri suo Theodosio Eudoxiam pauperem, sed bene moratam uxorem elegit. Rebecca Ifaac, Ruth Booz, Sara Tobiz, cum magna circumfpectione, confulto prius Deo in uxores datæ sunt. C. Gen. c. 24. v. 12.

Abraham juramentum exegit a famulo, ut filio suo Ifaac non acciperet sponsam de filiabus Chananzorum (quia erant impij & idololatræ,) sed pergeret in Haran ad domum Nachor fratris sui, in qua, licet idola colebant, erat adhuc cognitio veri Dei. Sed quare hoc? quia, ut ait S. Ambr. illecebræ mulieris decipiunt etiam fortiores maritos, & a Religione avertunt. C. Gen. c. 24. v. 3.

Si mulier pro sua dote maritum emit bardum, & truculentum: si Vir mulierem lepidam, insanam, obftinatam, non est remedio locus. S. Hier. ait, si hos vel afinus emitur, datur probationi spatium, in matrimonio nullum, quæcumque vitia subfint uxori aut marito, vinculum non potest amplius difrumpi. S. Basilus ait: Mulier cum nubit, Dominum sibi emit, & ex libera fit ancilla. Et S. Ambr. addit: sua dote seipsam vendit in servitutum. Mancipium felicitis est, quam conjugatis; quia finitis annis mancipatus redit ad libertatem, quam isti non nisi per mortem sperare possunt. Hinc cum Christus dixit, mulierem dimitti non posse, statim subintulerunt Apostoli: *Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere, quali dicerent, subjungit Chryf. Levius est contra concupifcentiam præhari, quam contra malam mulierem.* &c. Hæc cum ita fint, utique prudentem deliberationem exigit matrimonium. D. 11. 14.

S. Hilarius Epifcopus Pifaviensis filiam, quam ante Sacerdotium ex conjugio fuſceperat, morti potius juſſit, quam nobili juveni nubere. Et revera filia flatim sine omni dolore mortua est. R. 1. mirac. 19.

Si Viro obtingit mala uxor, aut uxori malus maritus, hæc est crux graviffima. Paoletti Dom. 2. post. Epiph.

148. *Diffidiosum ob incorrigibilem capofitatem.*

Utraque pars putat se esse sine nevo, alteram compartem esse in causa diffidiorum. Si ab amico submoneatur, spernum monita, putat se solos sapere. Dicunt quidem; cur ergo non moneor? Mi bone, quia non sufflines veritatem. Rex Coctys in Thracia mordicus sibi perſuafit, se nuptias celebrare cum Minerva; finito ergo pretioso symposio mittit aliquem in interius conclave, exploratum, an Minerva jam advenisset? se ille & refert, nondum advenisse, & statim a Rege jaculo confoditur. Mittitur alter & eadem nuntians fimiliter occiditur. Mittitur tertius, & hic nunciavit, adesse Minervam, simul se fuga eripuit. Recte fecit: quoniam Rex voluit stultefcere, sine injuria pro flulto habitus fuit. Alexander Magnus putavit se filium esse Jovis Ammonij, interdum pennas in pedibus aſſumpfit, & sibi videbatur esse Mercurius, interdum Leonis exuvias vestitus inſeſſit ut Hercules: vidit omnes ridere, ipse tamen perexi stultefcere, &c. D. 11. 96.

Abbas Pigmeneus ajebat: sicut ignis non extinguitur igne, sed aqua: ita furor non mitigatur furore, sed mansuetudine. Sanchez 6. part. c. 8. f. 812.

Frater Martinus ex Ordine S. Domini innocentiſſimus Vir in bruta plenum exercebat dominium. Mures illi damnoſi erant in arrodendis medicinis in pharmacopæa. Cæpit unum, dixitque illi, ut se una cum suis confodalibus quantoctyus ex hoc hypocausto in exitum horti angulum proriperet, ibique a se alimenta expectaret. Paruerunt mures, eratque viſu jucundum, quomodo mures illi obviam in horti angulo cucurrerint, cum illis efcaſ ferebat. Utinam hic sanctus frater inter multos conjuges mures abigeret, &c. R. cent. 3. mir. 59.

In ponte Charontono non procul Parifiis ad ripam Sequanzæ auditur Echo; quæ ter decies humanam vocem reddit. In conjugum diffidiis idem contingit, ubi litigioſa, & tacere impotens mulier ter decies, & fapius oblatrat, & relatræ.

149. *Diffidiosum propter susurrones libenter audiri solitos.*

Herodianus in suis moribus describit Alexandrinos: dicit esse homines garrulos, mordaces, qui omnia aliorum facta fugil-
D. Claus. 5 pict. univers. Paris. 111.

lant: putant se jocum facere & revera suis puncturis vulnera faciunt: affingunt aliis crimina, aut vera exaggerant. Imperator Antoninum falſe taxabant, quod ille pigram cum fit, velit æmulari Alexandrum aut Herculem, & quæ sunt similia. Quibus sarcasmi adeo exacerbarunt Imperatorem, ut ille vindictam hoc modo fufſerit: convocavit extra urbem totam juventutem eo prætextu, quod velit illam ad munia bellica evehere: ubi convenit ad unum omnes trucidari juſſit. Eum in morem, quo Herodianus describit Alexandrinos, conſtituti ſunt illi ſufurrones, qui diffidia ſeminant. Tu ſi ſapis jube illos e domo facere, &c. D. 9. 89.

Inter alia vitia Tibèrii Imperatoris iſtaſt improbat, quod curioſa aviditate ſcire cupierit, quid de ſe ſermonis fieret: quare ita incendit loquacium ſufurronum linguas, ut unus alteri palmam dicacitati eripere contenderit. Parem in modum excitatis garrulitatem ſufurronum, ſi libenter audias, &c. D. 10. 23.

Præſertim autem ſeniculi ſoceri & ſocruſ multas diffidias ſeminant, quia omnia taxant; quia ex ipſa ſenectute ſunt lepidi & faſtidioſi: id de ſe faceret Cicero: *Amariorem me facit ſenectus, ſtomachor omnia,* &c. D. 11. 17.

Theophilus Imperator erat Iconoclaſtes, Theodora ejus uxor Catholica; quæ occulte contra juſta Imperatoris imagines venerabatur. Landerus paraſitus quondam Imperatricem in ipſo cultu imaginumprehendit: ſine mora ad Cæſarem accurrit, eique rem deſert: periſſet Theodora niſi prudente aſtu ſciſſet animum mariti mitigare. R. 2. part. mir. 1.

Ancilla quædam Dominæ offenſa eam apud maritum ſuſpedam facit. Dominæ per ſenectum præcipitatur, ac incolomis ſervatur, ancilla in faxum tranſmutatur. R. 1. cent. 2. part. mir. 21.

150. *Diffidiosum propter inæqualem filiorum educationem.*

Habent hoc parentes, ut inæqualiter filios diligant, præſertim matres privignos & privignas crudeliter tractant, ſuis liberis omnia indulgent, alienos in omnibus carpent, unde mille diffidia. Caveant autem hæc in re matres, ne cum forte privigni progreſſu temporis ad meliorem ætatem, forſitanque venerint, illatas ſibi injurias vindicent. Galeatus Sfortia Dux Mediolanenſis, Nicololum Montanum præceptorum ſuum, a quo in juven-

juventute dure fuit habitus, virgis caedi jubet, quae res Duci per sicarios interfecit vita constitit, &c. D. 7. 57.

S. Ambrosius culpam parentes, quod uni filio plus hereditatis attribuant, quam alteri: quis hanc legem invidet? natura docet, ut non fiat discrimen. Hac certe disparitas concitat odia fratrum, hinc Iosephus ab omnibus fratribus fuit odio habitus, quia plus ceteris diligebatur ab Israel, &c. D. 9. 98.

Simia suos catulos tam imprudenter diligunt, ut eos basiendo, amplexando, & stringendo demum occidant. Ita multi parentes dum partiali amore unum ex filiis plus ceteris amant, & huic & ceteris mortem afferunt, dum eos invicem suspiciosos, invidios, & rixosos reddunt.

Ariani heretici, ut Catholicos ad suam sectam pertraherent, parentes filiis, filios parentibus orbabant. Id nonnullis parentum adeo aegre tulit, ut potius ad Arianorum partes decedere, quam filium longe carissimum deserere decreverit. Verum uxor constantior magna cum eloquentia illi exprobravit, an mallet Deum, quam filium perdere? Qua exprobratione ille adeo fuit commotus, ut generose pro Deo tulit exitium. O quoties haec ipsa verba usurpari possent contra partialem amorem parentum, quaeque: An mallet filium plus amare, quam Deum, qui invidia fratrum, litigiis domesticis, & turbatione pacis offenditur? &c.

151. *Dissidiosum propter querelas uxoris extra domum.*

Clotidis Regis Hispaniarum Alarici uxor, cum aliquando a contige alapa fuisset percussa, profluentem sanguinem strophololo exceptum fratri, Regi Gallicarum misit in testimonium tyrannicis tractationis: ex qua re dein cruenta bella & caedes secuta sunt. O quam melius tacuisset! Ita hodie dum sit: uxorate filiae statim ad matrem, ad patrem, ad amicos currunt, si similitur aspiciuntur a marito, ex qua re dein ingentes inimicitiae oriuntur.

Et quid lucri captabis ex supervacanea quaestione? populus sciet, quod haecumque ignoravit, multi tuam infelicitatem ridebunt, multi gaudebunt se habere mali societam, multi culpam in te refundent, nunquid melius tacuisset? Julianus Imperator ab Antiochia civibus milleis sarcasimis fuit proscissus; aliqui

enim illum *Vidimarium*, *Idolium*, *Tauvriemum* vocitabant, & praesertim propter oblongae barbæ forditiem fugillabant. Julianus composuit Apologiam in sui defensionem, eamque vulgavit. Quid lucri retulit primo maledicam plebem magis excitavit, dein in causa fuit, quod ignominiosa illa tractatio fuerit relata in historias, quae alias certe oblivioni fuisset data. Nonne melius tacendo dissimulasset? D. 10. 30.

S. Monica crudelissimum habebat maritum, nihilominus nunquam audita est conqueri: dum aliae mulieres crudelitatem suorum maritorum incusabant, illa suam excusabat. Sanchez 6. part. c. 8. fol. 804.

Apud Romanos sponsa in domum sponsi deducta in gyrum vertebatur, eam ob causam, ne videlicet reditum sciret in domum paternam. VV. art. disc. font. 34. Ex. 3. Hoc idem adhuc practicandum esset, ne sponsa querelas contra maritum in ades paternas deferre possent.

Viro quasi capiti competit amor, uxori quasi subdita convenit timor, & reverentia. Indecensigitur est, si uxores invercunde obloquantur marito, & adhuc indecentius si extra domum male loquantur de marito, &c. C. ad Ephes. c. 5. v. 33.

152. *Dissidiosum ob suspectas familiaritates alterutrinus.*

S. Elisabechæ Portugalliae Regina mira pietate dissimulabat Dionysii mariti incontinentiam, liberos naturales illius educabat, nutrices, & instructores constituibat, donec tandem illius animum mirabilis virtutis exemplo ad meliora traxit. Haec quidem illa; verum ubi est illa altera uxor, quae tuas, o marite, impudentias, ac suspectas familiaritates tam generoso stomacho possit deplorare? gemit, lamentatur, imprecatur: quid mirum? tu suspiciorum excitas, &c. D. 11. 17.

Langeta Scoriae Regina cuidam capitaneo, quem valde estimabat, annulum donat olim a rege receptum: Rex re comperta annulum capitaneo post vacationem dormienti a digito detrahit, dumque eum considerat imprudenter in fluvium decidere sinit. Tum Reginam asperere tractans annulum ab ea repetit. Ea plena timoris, cum annulum a capitaneo habere non posset, mitit ad S. Abbatem Kentigernum, qui ei annulum a pisce extractum denuo procuravit, &c. R. 1. part. 16. miracul.

S. Melius Episcopus, & Lupita ejus cognata

cognata apud S. Patritium fuerunt accusati, quia suspecta nimis familiaritate uterentur, dum nempe eodem cubili alternatim dormiebant: uterque probavit suam innocentiam miraculo, ille pisces colligendo in agro, illa prunas ardetes illasque manibus gerendo: Nihilominus praecipit S. Patritius, ut non tantum vitio, sed etiam omni occasione suspiciosi abstinent. R. cent. 1. part. 2. mir. 11. Tu ais te innocentem, credo: ad quamvis dubitem, an prunas ardetes gerere illasque posses, ante omnia moneo, ut occasione suspiciosi abstineas, &c.

S. Abbas Torellus lupo raptum infantem eripit, eique deinceps pabulum promittit, si rapinis abstineret. Lupus ergo quotidie ad cellam sancti Viri venit, & quoniam ab eo victum habuit, rapinis abstinuit. R. 1. cent. 2. part. mir. 19. Multi impuri lupi domi habent suum nutrimentum, & tamen pro pudor alienis cadaveribus inhiant.

153. *Infelice propter praecedentia peccata.*

Rex David & tota eius domus miseris calamitatibus fuit afflicta; Filius ex Betsabae natus mature mortuus est, Ammon ab Absalone, Absalon a Joabo occisus: post mortem Davidis Salomon capitali sententia interfecit Adoniam filium David. Quin imo etiam posteri fuerunt infelices, quinque filii Regis Josaphat a fratre Joram occisi, & dein omnes filii Joram a praedonibus examinati sunt excepto Ochozia, qui regnavit super Israel: post mortem Ochozia regnum tenuit Joas, cujus fratres omnes ab Athalia occisi sunt, ipse Joas post quadraginta annorum regimen a famulis obruncatus, etiam ejus filius Amasia violenta morte abreptus, & pius etiam Rex Josias in bello occisus est. Vere dixit Nathan non recedet gladius de domo tua in sempiternum. Unde autem tot infortunia & caedes in familia David? Nempe, quia ante Matrimonium cum Betsabae commisit adulterium. Notandum est quam optime, ait S. Chrysostomus, quod illi, qui impure vivunt, infelici matrimonio puniantur, &c. D. 11. 86.

Quoties miseri lasciviae vitio assueti ad conjugia deveniant, proles plerumque sui furis educant. Famulorum, & liberorum scelera, & pudendas familiaritates dissimulant, imo tacite gaudent, quod suam indolem in filiis intueantur. Mater non audeat filiae exprobrare suam im-

prudenciam, quia metuat, ne audire debeat restitutionem. Ideo libentius cooperatur filiae, tamque ad omnem vanitatem excitat, atque comptam ac ornatum infuit, quomodo amassit favores lucrari possit. Sic tota die illam ad confortia & choreas evagari permittit, parum curans si filia fera primum node domum revertatur. Sic crescent scandala, sic Divina maledictio in ades accersitur, &c.

Quemadmodum Adamus demonis mendacis deceptus ex se & suis viribus peccato fieri posse sicut Dii: ita multi per peccata suam felicitatem promovere student. Ex his sunt puellae, quae matrimonio per lascivias quaerunt: sicut luna tunc maxime radiat, cum soli est maxime opposita; ita putant illae, quod commoda sua promoveant utilibus, cum a Deo abfuerint remotius: Verum decipiuntur: *Tavernaculum impiorum non subsistet.* P. p. 1. disc. 4. num. 13.

Siquis ad servitium Principis admittendus, prius rebellionis crimine contra hunc Dominum suum delinqueret, utique indignus foret, cui Princeps ullum favorem impenderet? Qui Matrimonium contrahunt, per Sacramentum ad servitium Dei se consecrant. Quodsi huic statui pudendis sceleribus praesudant, nonne reos fe faciunt, quos Deus milleis adversitatibus persequatur, & nullam illis benedictionem impertiat?

154. *Infelice propter diversitatem generum.*

Argonautae in Colchidem ad ferendum vellus aureum navigaturi, non admittunt secum Heruleum in navigium; quia ille propter nimiam fortitudinem inaequaliter trahebat remigia non sine periculo evertendae navis. Parem in modum non bene conveniunt concuges inaequalis generis: sed debet uterque genus suum ad genus alterius attemperare, &c. D. 8. 64.

Judaes lege praecipuum est, ut in eodem aratro bovem & asinum simul non conjungerent: *Non arabis in bove israhelico*; quia asinus longe imbecillior bove debet labori succumbere. Par ratio est in conjugibus inaequalibus quoad genus, inaequalibus quoad aetatem, nobilitatem, &c. D. 9. 9.

Optim lege latum fuit, ut mancipiorum, quae vendebantur, patria sincere emptori indicaretur: quare? quia pro diversitate nationum diversi sunt gentes,

ideo emptor statim iudicare poterat, quibus virtutibus aut vitiis deditum erat mancipium; sunt enim aliquæ nationes natura sua bellicose, aliæ capite, aliæ pigre, aliæ laboriosæ, & apud prisicos erat adagium, *Tria cappa pessima*, id est tres nationes, quarum nomina littera C inchoantur, Cappadoes, Cilicenses, Candiotæ, &c. Si tanta cautela fuit in venditione mancipiorum, quanta esse debet in conjugio, &c. D. 9. 38.

Epist. 1. 2. c. 13. Nehemias e captivitate redux multos abusus, qui interea invaluerat, abrogavit, inter alios indignatus est, quod Judæi ducerent uxores Azoridas, Ammonitidas, & Moabitidas: metuebat enim ne per alienigenas matres & linguæ judicæ, & morum corruptio invehere. D. 10. 3.

Clotildis Regis Burgundionum filia a Clodovæo Galliarum Rege in conjugem petita, negat se velle gentili principi nubere, etsi maxima totius mundi Domina fieri posset. Hæc dein Clodovæum, totumque regnum ad fidem convertit. R. cent. 2. part. 1. mir. 19.

Frater Martinus Limæ in Monasterio S. Dominici sanctissimus Vir plenum exercebat Dominium in bruta, quæ ad ejus nutum obediebant. Inter alia cicuravit canem & selem, ut ex eadem scutella simul cibum caperent. Utinam hic frater multos conjuges cicuraret, faceretque ut simul viverent sicut hic canis & felis. R. cent. 3. mir. 50.

Apud Spartanos sponfa capite raso ad sponsum deducebatur. VV. art. disc. font. 34. Ex. 3. Quo significabatur, sponfam quasi novum caput induere, & veteres cogitationes omnes abjicere, atque se sponso conformare debere.

Fullo & carbonarius eadem domo habitare decreverant, sed pessime; quod enim linteorum fullo dealbavit, id carbonarius fulgine corrumpit; album enim & nigrum non conveniunt. Sic multi conjuges virtute & vitiis discrepant, uxor abscedit, maritus nigrescit, illa Deo, iste diabolo servit, illa orat, iste blasphemat; Quid boni sperandum? certe nihil boni, plurimum mali! &c.

L. 10. 2.

155. *Infelix propter austeritatem & defectum mansuetudinis.*

Multi conjuges alterius vitia per meros tumultus, lites, & impropria volunt corrigere, quæ citius correcturi essent per humanam lenitatem. In regno Mexicano milites Christiani putabant provinciam Tusulantranam vi armorum ad fidem convertendam esse, Patres Dominicani autem judicabant, id melius fieri posse mansuetudine: & isti non errarunt: miserunt mercatores cantilenis sacris instructos, qui audientibus Indis cantabant, Indi curiositate ducti cupiebant scire, quid mysteriorum illi cantus continerent, petierunt sacerdotes, & sic tota provincia conversa est lenitate, quæ vi armorum nunquam fuisset conversa. R. cent. 3. p. 2. mir. 16.

Cimbri in more habebant, ut ipso nuptiarum die sponfus ungues sibi præfeceret, sponfaque præsemina mitteret, & sponfa vicissim sponso. VV. art. disc. font. 34. Ex. 3. Hoc hodie dum optandum foret, ne in vultibus rixantia conjugum statim unguium vestigia cernantur, &c.

Leo Bizantinus cum rideret ob deformem pinguedinem, ad populum Atheniensem dixit: Quid ridetis? habeo uxorem me pinguiorem, & tamen concordēs una mensula capit, discordes ne quidem tota domus. Sic anam capit differendi de pace, & tumultum populi sedavit. VV. art. disc. font. 62. ex. 1.

S. Godoleva a Viro statim post nuptias persecutionem passa, e domo ejecta, sed iusto Episcopi iterum recepta, tandem per assasinum interfecta est, & in suo seculo reposita ac si seipsum examinasset. Sed Deus ejus innocentiam prodidit. Panes in funere pauperibus distribuendi in furno creverunt, terra ubi jacuit in candidum marmorē, & terra in margaritis conversa est. *Leucht. 6. Julii.*

Viro necessaria est patientia Socratis contra litigiosam Xantippem, &c. C. ad Ephes. cap. 5. vers. 33.

LIBER NONUS DE SACRAMENTIBUS; SEU MATERIIS SACRIS. PARS PRIMA. QUATUOR EXTREMA.

Part. II.

DE ALIIS MATERIIS SACRIS
SEU SACRAMENTIBUS.

- BONA OPERA.
 - Intentio pia bonorum operum.
 - Opera supererogatoria.
- ECCLESIA.
 - Templa seu Ecclesie. Asylum sacrum.
 - Aqua lustralis. Campanæ. Loca sacra.
 - Sacra Confraternitates.
 - Sacra fundationes.
 - Pæna, seu censura Ecclesiastica.
- VERBUM DEI.
 - S. Scriptura. SS. PP. & Interpretes.
 - Lectio Sacra. Consilium Patris spiritus.
 - Pia colloquia.
- MUNDUS, EJUSQUE VANITAS.
 - Mundana amicitia. Mundani honores.
 - Mundana pompa & luxus.
 - Mundana prosperitas. Mund. sapientia.
 - Mundane Voluptates.

- BEATITUDO. BEATI.
 - Finis ultimus homini.
- INFERNUS.
 - Æternitas.
 - Dæmones. Damnati.
 - Pæna damni.
 - Pæna sensus.
 - Consideratio inferni.
 - Purgatorium.
 - Animæ purgantes.
- JUDICIUM UNIVERSALE.
 - Judicium particulare.
 - Judex Divinus.
 - Consideratio Judicii.
- MORS.
 - Memoria mortis.
 - De his, quæ ante mortem.
 - De his, quæ post mortem.
 - Mors impiorum.
 - Mori ipsorum.
 - Sepultura sacra.

PARS PRIMA.

BEATITUDO.

1. Non obtineatur sine meritis, labore & passione.

labor non contigit prædæ emolumentum non Cajet. n. debetur, ait Cajetanus. B. Serm. 54. n. 7. *pat. La. bat. P. gloria P. 10. 16.*

Epist. 23. *Q*uis ascendet in montem Domini? Qui non accepit in vanum animam suam: in vanum est vestis in cilla, lampas extincta in templo, gladius in vagina; sic ait Bernardus: *In vano accepit animam suam, dum non vivit ex vita, propter quam, ut ea viveret accepit animam suam.* B. Serm. 3. n. 7.

In expugnatione urbis Jerichuntinæ prohibuit erant milicibus quidquam de spoliis arripere: Quare? quia menta virtute Divina sine prælo conciderunt, ubi autem pugnae. *Clavis Spicil. univ. Pars III.*

Sponfa clamabat: *Trabe me post te!* scilicet per cruce: ubi Bernardus. *O quam pauci sunt, qui volunt sequi Christum.* & tamen pervenire volunt ad Christum. S. pun. 47. fol. 182. Transfiguratio haberi non potest, nisi per laboriosum ascensum montis.

Hi omnes, qui sunt, & unde venerunt? *Apoc. 7.* responsum fuit, hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione: Væ nobis si nos veniamus ex parva. S. punct. 47. fol. 184. B 3 Re.